dem omnia collimant, quae per tot ambages & circuitiones ſcriptitant & ſtylo Novatoribus omnibus recepto. Alias non eluderent dicta illa, quae *contra revelationes hodie adhuc in rebus fidei & morum expectandas a noſtratibus adducuntur* ut *Luc. 16, 29. Hebr. I, 1,* & alia : id quod factum a J. LANGIO Unterricht *p. 17. ſq.* nec ſtuderent, ut illis extraordinarias revelationes praeter omnem mentem Spiritus S. *ſenſu excluſivo* ibi loquentis, miſeris rationibus infarcirent, & violenter aſſuerent, atque orthodoxos accuſarent einer unbeſonnenen Verwerffung: die alles ſchlechterdings ungeprüfet und blindlings ohne allen Fug und Grund verwerffen. LANG. Unterricht. p. 18. 26. 27. Et quid multis opus eſt? Et praxis univerſa Novatorum de Pietiſmo ſuſpectorum & confeſſiones nonnullorum docent, ipſos non adeo eſſe alienos *ab illa quaeſtione affirmanda*, quam ſub incudem revocandam ſumſimus: Ita enim LYSIUS non incongruum exiſtimat aſſerere, GOtt habe ſich nirgends begeben nach Berlin/ Dreßden oder Wittenberg einen auſſerordentlichen Propheten zu ſenden/ nicht der uns neue Glaubens-Articul oder Lebens-Pflichten oder ein ander Evangelium predigte/ denn von ſolchen wiſſen wir Pauli Urtheil/ Gal. I, 8. 9. (quis vero falſus Propheta unquam dixit ſe falſum evangelium proponere?) ſondern der die Könige und Fürſten/ Profeſſores und Prediger/ Männer und Weiber zur Buſſe ermahnte/ p. 26. Atqui id ipſum eſt in quaeſtione propoſita, quam affirmant Inſpirati. Non itaque differunt hi ab illis, niſi quod LANGIUS, LYSIUS & alii hos pro veris, poſt multas & diuturnas probationes, luctasque conſcientiae tandem non agnoſcant, ſed alios potius adfuturos & adventuros eſſe, qui forte vi promiſſionum divinarum adhuc impoſterum & quidem proxime ſint praeſtolandi. Quod ita dicitur, ut etiam Fanatici promte amplectantur, ſiquidem *ſuas inſpirationes ſal-*

*tem*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id414569628/24 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG